UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De apparitione sancti michaelis archan[n]geli. Cap[itulum]. lxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

attilia de preſumptione penituit: ⁊ ſe ſancti orationibus cōmendans: aprum dimiſſit: eidemq̄ viro dei predia ſua ibidem poſita gratanter cōceſſit. ¶ Quidam pro crimine dānatus ſuſpendio: dum iam laqueo aſtrictus ſuffocaret̄. Sanctum tamen baſolum mente inuocās: quia iam voce non poterat: laqueo rupto liberatus euaſit. Quieuit in pace idibus octobris.

¶ De ſancta Placidia virgine. Cap. lxx.

Placidia virgo fuit filia Ualētiniani imperatoris ⁊ Eudoxie Auguſte filie theodoſij magni. Que ſpreto ſeculo adheſit auie ſue galle placide ieiunijs elemoſynis ⁊ orationibus intēta. De huius ſanctitate cuidam ſeni reuelatum eſt: ꝙ eiꝰ meritis ſoror ipſius placidie honoria nomine a grauiſſima infirmitate liberata fuiſſet. Qui et viſa eudoxie ipſius matri retulit. Et extunc mater filiam in deuotiōe habere cepit. Cum autem placidia cum vtroq̄ parente: et auia galla rauennam nauigio veniret: grauiſſima in mari tēpeſtas exhorta eſt. Qui omnes beato iohanni euāgeliſte pro eorum liberatione vouerant baſilicam conſtruendam. Statimq̄ beatꝰ apoſtolus eiſdem apparuit: ⁊ tempeſtate ſedata incolumes ad portum perduxit. Regina ergo galla ei apud rauenā eccleſiam fabricauit: in qua ſanctus iohānes eidem auguſte: ⁊ barbaciano p̄ſbytero apparuit: ⁊ ſandalium ſuū pro reliquijs illis dimiſit: vt ſupra actum eſt in geſtis barbaciani pridie kalen. ianuarij. ¶ Poſt aliquod autem tempus: placidia hieroſolymam perrexit: vbi luſtrans loca ſancta biēnium exegit. Et deinde ꝑ venetiam veronam venit: ibiq̄ cuidam orute filie orabilis nobilis matrone ſurde ⁊ mute aurium ⁊ lingue facultatem cōceſſit: vbi ⁊ in chriſto dormiuit ſepulta in eccleſia ſancti Stephani via tridentina idibus octobris: ſignis coruſcans.

¶ De apparitione ſancti michaelis archāgeli. Cap. lxxi.

Apparitio ſcti michaelis archangeli noua anno domini. cccccccvij. facta eſt: vt ait ſigibertus. Tempore eñ childeberti regis francorū ⁊ iuſtiniani auguſti apparuit archangelus michael antberto brachacenſis epō ſupra mare oceanum cōmoranti: ipſumq̄ ſecundo monuit: vt in loco maris oceani inſula que propter eius eminētiam tumba dicitur: nomini ſuo fundaret eccleſiam: volens ſibi talem venerationem exhiberi in pelago: qualis exhibebatur in monte gargano. Interea taurus in eadem inſula a latrone furtim captus ligatur in loco illo. Unde epſ tertio admonitꝰ iubet̄: vt in illo loco fundamentū iaceret: quo taurū ligatū inueniret. Et ſicut eū terrā pedibꝰ ꝓtriuiſſe videret: ſic eccleſie ambitū duceret. Que dū epſ pplō retuliſſet: ad locū nauigio acceſſerunt ⁊ taurū inuenientes: vt archāgelus p̄dixerat: eccleſiā ↄſtruere ceperūt. ¶ Due aūt rupes ibidē erāt: que humanitus inde moueri nō poterāt: q̄ ⁊ officiū impediebāt. Sʒ michael cuidam viro apparuit: p̄cipiēs vt ipſas rupes inde amoueret: qui tā facile eas mouit: vt nihil habere ponderis viderent̄. Sicq̄ eccleſia in honorē archāgeli michaelis cōſtituit̄: ⁊ ex eo tp̄e ſicut in mōte gargano: ita ⁊ in ipō loco: qui mō d̄r in periculo maris: veneratio eiꝰ frequētari cepit. In qua eccleſia partē pallij: qd̄ in mōte gargano angelus poſuit: ⁊ partē marmoris: ſupra qd̄ ſtetit detulerūt. Cūq̄ aque ibidē penuriā incole paterent̄: monitu angeli foramē in ſaxo fecenunt: ⁊ inde aquarū copia vſq̄ in p̄ſens largiꝰ emanauit. Hec aūt apparitio in dicto loco celebrat̄. xvij. kalē. nouēbris. Ille eñ mōs oceano cingit̄: ſed bis in die feſto ſancti michaelis p̄dicto iter p̄bens populo aperit̄. Cū aūt quodā anno copioſa turba ad eccleſiā ꝑgeret contigit mulierē p̄gnantē vicināq̄ partui ex deuotiōe archangeli ſecū ire. Et ecce magno impetu vnda redijt: ⁊ oīs turba timore cōcuſſa ad littꝰ fugit. Sola aūt mulier grauida fugere nō valuit: ſed a marinis fluctibꝰ capta eſt. At michael eidem intervndas aſtitit: qui mulierē illeſam ſeruauit: q̄ ⁊ in medio pelagi filiū parturiuit: q̄ et invlnis ſuſcipiēs lactauit: ⁊ āgelo duce cū puero ad littus illeſa ꝑuenit. ¶ Tp̄ibus karoli regis dux quidā ſenogallie noīe ſergius habens vxorē grecā noīe margaretā: dū ꝓle careret: bonis elemoſynarū opibus ſolicite inſudās ſubito leproſus effectꝰ eſt: qui plurima expēdēs in medicis: nulla medicamina percipere poterat. Dum aūt ꝓ ſua ſalute deū iugiter exoraret. Nocte quadā michael archāgelus eidē in ſomnijs apparuit: eūq̄ admonuit: vt ad eccleſiā monaſterij ab angelo electā: que brentalis d̄r: viſitandam accederet: indeq̄ ſalutē ꝓtinꝰ reportaret. Qui expergefactꝰ mane cōiugi ⁊ militibꝰ viſa narrauit. Sequēti quoq̄ nocte eidē dormiēti: iterū angelus aſtitit: ⁊ iuſſa p̄dicta replicauit. Qui dū locū ſibi nō eſſe r̄ndiſſet notū: angelus addidit: vt nauē cū vxore ⁊ militibꝰ ſuis aſcēderet: eāq̄ ad locū deducēdā angelice ſolicitudini cōmitteret. Qui iuſſa perficiens nauē cōſcendit: flantibuſq̄ ventis ꝓſperis vniꝰ noctis ⁊ diei ſpacio ad locū ſancti michaelis: qui brentalis d̄r ſuper mare adriaticū habens monaſte-

rium ſitum: quod brentale dicitur ſiue de brundulo angelo duce ꝑuenit. Et dū ſe mane ad portam applicuiſſe mirarentur: ⁊ locū ignorantes vbinam eſſent ab incolis ſciſcitarent̄: ab eiſdē ſe ad eccleſiā prefatam archāgeli appuliſſe dixerūt: qui deo gratias agētes nauē exierunt: cunctiq̨ nudis pedibus ad eccleſiam proceſſerunt. Sed dei miſericordia anteꝙ̄ dux eccleſie ingrederetur oſtia confeſtim ab omni lepre mūdatus eſt macula. Tunc dux ſanus ad domū rediēs: ⁊ omnibus venditis medietatē pauperibꝰ tribuit: aliam medietatē eccleſie ſancti michaelis obtulit: ⁊ ibidem cum cōiuge ꝑpetuis temporibus deo ſeruiuit.

¶ De ſancto gallo abbate. Cap. lxxij.

GAllꝰ abbas ex hibernia claris parentibus natꝰ et ſancto colūbano in diſcipulum traditꝰ: ab eodem ſacris et litteris eruditus: et monachus ipſius effectꝰ ad ſacerdotiū promotus eſt. Columbanus aūt in galliā nauigās cū apud luxouium cenobiū conſtruxiſſet: ſigiberto rege annuente: ibiq̨ cū gallo ⁊ aliīs diſcipulis deo ſeruire curaret perſecutione regis theodorici et brunichildis regine inde expellitur: eo ꝙ a ſancto colūbano arguebat̄: ꝙ relicta cōiuge cōcubine amplexibus fruebat̄: vt dicetur infra in vita colūbani abbatis. xi. kal. decēbris. Inde igitur colūbanus ad theodobertū auſtraſioꝝ regē perueniēs infra partes allemanie iuxta fluuiū lidmiacū habitandū cum diſcipulis: ab eo locū obtinuit: qui tuconia dicebatur: cuius loci incole adhuc idolis ſeruiebant: vbi gallus fidem trinitatis predicare ⁊ phana idoloꝝ cepit exurere. Sed dū habitatores loci ſeruis dei ex hoc perſecutione excitarēt: relicta tuconia colūbanus cum diſcipulis ad caſtra arbonā acceſſit: ⁊ a presbytero vulmaro gratāter exceptꝰ. Qui eos locū edificādi monaſterij antique ſtructure docuit: ⁊ illucvſq̨ perduxit: vbi eccleſiam in honorem ſancte aurelie ⁊ cellulas cōſtruxerūt: ⁊ ibidem populū docere in xp̄i fide ceperunt: idoliſq̨ in lacum demerſis eccleſiā dedicarūt. Ibiq̨ columbanus cum gallo ⁊ aliīs diſcipulis triennio recederunt. ¶ Cum aūt nocte quadam gallus piſcationi inſiſteret audiuit de mōtis vertice demonē: quēdam alium exiſtentē in pelago vocantem: ipſumq̨ ei reſpōdentē: ⁊ vtrunq̨ ipſorū ſe de hoſpite gallo conq̄rentē: ꝙ eos de ſede ꝓpria eieciſſent. Qui ſigno crucis edito demones in fugam vertit: ⁊ veniēs abbatem ſibi audita retulit. Illeq̨ dū fratribꝰ aduocatis deo laudes exolueret: audite ſunt voces demonum perſtrepentiū: ⁊ ſanctis perſecutionē illaturos ſe acriter cōminantiū. Dux aūt regionis noīe gūzonus: audiēs ꝙ ſancti dei cultum deorum ſuorū euacuarent: miſſis famulis ſuis iuſſit illos inde diſcedere. Qui vaccam monachorum abſtulerunt: ⁊ duos ex fratribus occiderunt: illos quoq̨ ab eorum finibus diſcedere preceperunt. Sed dum columbanus ad gilolfum regem italie properare diſponeret: gallus egritudine preſſus ibidem remanſit: ⁊ a p̄ſbytero vulmaro deuote hoſpitio ſuſceptꝰ fuit. ¶ Poſtꝙ̄ autem gallus de languore conualuit: presbyterū: vt ſibi locum aliquē grate ſolitudinis oſtenderet ſolicite requiſiuit. Cuius iuſſione diaconus eius noīe hildeboldus ad locū optimū illū adduxit. Qui cum die integro ieiuni peragraſſent: gallus ad flumen veniens: miſſo rhete piſciculos cepit: ⁊ ipſis aſſatis pariter cū diacono cibum ſumpſit. Ibiq̨ vterq̨ ipſoꝝ vna nocte quieuit. Gallus ꝟo crucē ligneā in terrā fixit: ⁊ ad eam capſellam reliquiarū: quā ſecū tulerat appendit: ⁊ ante illas ꝓſtratꝰ in orationem ꝑnoctauit. Cūq̨ mane ingens ad eos vrſus deſcenderet: ⁊ micas que ab eis remanſerant lingeret: p̄cepit ei gallus: vt ligna in ignē mitteret: vrſuſq̨ ꝓtinꝰ obediuit. Cui vir dei q̄ſi pro mercede panē porrexit. Mane ꝟo diaconus iubente gallo ad flumen acceſſit: vt piſces iterū aliquot caperet. Duo aūt demones in ſpecie mulierū nudarū eidē apparuerūt: ſ; ad orationē viri dei cōtinuo euanuerūt. Cūq̨ ad locū preuiſum deueniſſent: ⁊ ſerpentū ibidē multitudinē reperiſſent: oratione galli ſerpentes omnes inde fugati ſunt vſq̨ in preſens. In ipſo igitur loco cū triduo ꝑmanſiſſent: ⁊ ibi gallus locum ſibi ſolitudinis elegiſſet: ad reuiſendum ſuū hoſpitem presbyterū redierūt. ¶ Cum igit̄ ibidem per dies. vij. reſediſſet: gunzonus dux miſit ad presbyterū: orans vt gallū ad ſe adduceret: eo ꝙ filia eius immūdus ſpūs inuaſiſſet. Qui ꝑ os puelle clamabat: ꝙ ideo filiam ducis oppreſſerat: q2 pater eius gallū abbatē vna cū magiſtro columbano de poſſeſſione ſua eiecerat. Hec igit̄ puella ſigiberto regi fuerat deſpōſata. Quod cū rex ſigibertꝰ audiſſet duos epiſcopos ad puellā miſit: vt ſuis eā orationibꝰ liberarēt. Sed demō ex ore puelle eorum occulta eis obijciens illos deridebat: ⁊ ꝙ niſi a ſolo gallo inde poſſet eiici affirmabat: pater igitur puelle afflictus iterum legatos ad presbyterū vulmarum deſtinauit: vt ſine mora gallum ſibi adduceret: vt eius filia liberationem conſequi poſſet. Promittens illi ꝙ virum dei in conſtantienſem ep̄m promoueret: ſi demonem ab eius nata expellere poſſet. Iam autem gallus ad locum electe ſolitudinis reuerſus erat: ⁊ quietē mentis eligens duos diſcipulos in miniſtros aſſumpſerat: ⁊ ad ducem venire recuſans ſe ad italiā colūbanū reuiſurū pretēdebat: eo ꝙ mi-